



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 214. Quid addendum sit circa potestatem approbandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

ritò desideretur major ad approbationem perpetuam: si prudenter timeatur, ne habitâ semel perpetuâ approbatione negligat studium: ad probandum, an principia generalia bene applicet in praxi, vel an non sit fortè heteroclitus, nimirum laxus vel rigidus. Negari non potest ex hoc, quod probandus jurare nolit se non usurum certis opinionibus probabilibus, quia hæc conditio est irrationabilis & insolita, *Pignat. t. 8. cons. 15.*

1493

§. 8. Fieri potest solis verbis, *Lugo n. 26.*, at expedit fieri scripto, ut certius constet de ea & de modo, quo concessa est.

1494

Q. 214. Quid addendum sit circa potestatem approbandi. *R. seqq.* §. 1. Nuntium Apostolicum posse quoscumque Sacerdotes pro sua Provincia approbare, tenent multi: *Tuschus v. Legatus concl. 158.* ait: *Legatus Apostolicus in sua Provincia habet ordinariam jurisdictionem.* *Quidquid potest Episcopus in sua Diœcesi respectu jurisdictionis, potest Legatus in sua Provincia, hoc excepto, quod Capitulum potest alienare cum consensu Episcopi, non Legati.* Similiter loquuntur *Azor* p. 2. l. 5. c. 27. q. 5. *Barbosa* in *Collect.* ad l. 1. tit. 30. ad Cap. *Cum non ignoretis.* n. 2. *Gonz.* ad Reg. 8. *Cancell. Gl. 25.* nu. 15. *Rebuff.* *Praxi benef.* tit. *De union.* num. 24. *Pirbing* l. 1. t. 30. n. 4. *VWagner.* in *Decret.* l. 1. tit. 30. ad c. 1. *Nota 2.* Idein tenent *Averja De Sacram.* q. 46. f. 6. n. 7. *Pontius De Matr.* l. 5. c. 10. n. 7. *Sannig* ad l. 1. tit. 30. *Viva De Jubil.* q. 9. a. 4. Hinc inferunt *Geb.* & *Less.* in *Auct. v. Confessarius* casu 1. Nuntium posse Superiori regulari communicare potestatem approbandi, cum potestas illa sit ipsi ordinaria. Similiter docet *Pelliz.* t. 6. c. 2. n. 81. *Legatum*

tum à latere non tantùm posse approbare ad audiendas confessiones in sua Provincia , sed etiam dare facultatem absolvendi à reservatis Episcopo, quamvis addat non expedire , ut id sèpiùs faciat, ne offendantur Episcopi & contemnuntur reservationes. Contra hactenus dicta dicit *Pignatelli* tom. 2. consult. 1. Nuntium nō posse approbare ad audiendas confessiones , nec quosvis ordinare de sua Provincia &c. eò quòd ista per *Trid.* reserventur seu specialiter committantur potestati Episcoporum, pro quo adducit declarationes, quæ an authenticæ sint, rescire non possum, scient Nuntii ista facientes, quid possint: Et ex dicendis n. 1533. colligetur Nuntios in Germania & cum eis Sacram Pœnitentiariam censuisse , quòd eis competit ordinaria potestas approbandi etiam Regulares in sua Provincia.

1495

§. 2. Episcopus electus & confirmatus , quamvis eon consecratus , approbare potest , quia approbatio non est actus Ordinis sed jurisdictionis, *Lugo* d. 21. n. 27. Si Episcopus sit excommunicatus, *Boss.* & *Tamb.* putant adhuc posse approbare, eò quòd approbatio sit tantùm judicium & simplex testificatio Episcopi, prout est talis persona superior , qualis in excommunicatione videtur manere: sed *Aversa*, *Pontius* c. 17. & alii probabilius dicunt non posse , si sit excommunicatus non toleratus, quia approbatio videtur esse actus Episcopi , prout Episcopus est, requirens jurisdictionem , quam non habet talis excommunicatus.

§. 3. Ideo Sedes vacans approbare potest , quia quoad hoc habet facultatem Episcopi. Ideo convenit Vicarium in Spiritualibus ha-

bere

H. h 2

1496

852

Lib. VI. Pars II.

bere potestate in approbandi, quia habet potestatem ordinariam, faciens unum cum Episcopo tribunal. Vide *Leur. De Vicario* q. 134.

1497

§. 4. Illi Abbates habent jurisdictionem quasi Episcopalem in ordine ad approbandum, qui habent Diœcesin aliquam nulli Episcopo subjectam; aut saltem secundum *Sanch.*, qui solent laicos Matrimonio jungere, super eorum votis dispensare, visitare Parochias, excommunicare &c. Quamvis enim *Trid.* deroger omnibus privilegiis datis ad declinandum examen Episcoporum, tamen ejusmodi Abbates respectu Sacerdotum sacerularium Ecclesiis sibi subjectis præficiendorum veniunt nomine Episcoporum, quia quoad potestatem sunt Episcopi, *Suar. Henr. Præpos. Sanch. Gob.* & alii cum *Sylvio p. 2 v. Confessarius.*

1498

§. 5. Quamvis Parochus possit simplici Sacerdoti non approbato delegare jurisdictionem administrandi reliqua Sacra menta, *Barb. Possev. Leur. in Foro benef. p. 1. q. 435. nu. 1. 5.* & seqq. tamen non potest approbare aut tali delegare potestatem ad audiendas suorum confessiones, quia hoc est Episcopi seu Ordinarii, *Lugo n. 6. Leur. n. 4.* Et sine jurisdictione ab Ordinario vel à Parocho, saltem tacite, delegata non posset aliis Parochus illius parochianum audire, communis cum *Leur. n. 3.*

1499

§. 6. Videtur dicendum, quod etiam Archidiaconi aut Præpositi, per se loquendo & ex officiis, non habeant potestarem approbandi; unde si alibi faciant, id erit ex delegatione Episcoporum, qui semper possint revocare.

1500

§. 7. Ordinarius extra Diœcesin suam existens potest approbare, quia hic actus non est juris

jurisdictionis contentioſæ, quæ exigat exerceri in proprio tribunali, ſed voluntariæ, quæ extra proprium territorium communiter exerceri potest. Putat tamen *Lugo* in *Resp. mor. l. i. dub. 17.* Episcopum Antverpiensem existentem Namurci non posse approbare Sacerdotem Namurcensem pro sua Diœcesi Antverpiensi, quia Namurci existens non eſt ullo modo Ordinarius vel Superior respectu Sacerdotis Namurcensis, qualis eſſe poſſet ſaltem ratione loci, ſi cum illo eſſet in Diœcesi Antverpiensi, ubi ipſe eſt Ordinarius.

§. 8. Si Titius approbatus tantum pro Antverpia, Namurci audiat Cajum Namurcensem habentem ab Episcopo Namurcensi licentiam eligendi quemcunque Confessarium, videtur poſſe validè absolvere, quia hoc ipſo, quod Episcopus Namurcensis det Cajo iſtam licentiam, vult quemcunque Confessarium habere jurisdictionem & approbationem pro Cajo absolvendo, neque licentiam ſuam reſtrinxit ad Confessarium à ſe approbatum, ſed extendit ad quemcunque Confessarium approbatum, Titius autem eſt Confessorius ſimpliciter approbatus, quia approbatus eſt Antverpiæ. E contrà tamen, ſi Titius Namurci audiat Sempronium habentem ab Episcopo ſuo Leodiensi licentiam eligendi quemcunque Confessarium, Titius invalidè absolveret, quia ab Episcopo Antverpiensi non eſt niſi pro Antverpia approbatus, & Episcopus Leodiensis non potuit approbare Titium, utpote nullo modo ſubjectum nequidem ratione loci, in quo audit: à Namurcensi autem Episcopo, ubi audit, etiam nullo modo censiſi poſteſt approbatus, ergo.

Hhh 3

Q. 215.